

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea
Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

55. An ad hoc, ut religiosus sive dispensaicè, sive citra dispensationem,
obtineat beneficium sæculare, egeat licentiâ Prælati sui proprii, & insuper
Conventûs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

Cap. II. De Beneficii Eccl. divisione

nullum profecto fundamentum Præmonstratenſes constituunt posſunt ſuper aſſertis privilegiis, contentis in diplomate Clem. VII. quia, ut perſpicue videre eſt, loquitur tantum de parochialibus ad collationem ipſorum Abbatum pertinentibus, & eorum Ordini unitis; quatenus autem de aliis loqueretur, eſſet per Concil. Trid. & decretum Gregor. XIII. abrogatum; ac præcipue per Conſtitutionem Pii IV. quæ incipit: *in Principiis Apostolorum fede*, in fine Concilii appoſitam: quia Pontifex revoſat expreſſe omnia privilegia, indulta, exemptiones, diſpenſationes, immunitates, aliaque jura quomodo libet confeſſa monaſterii, Abbatibus, Conventibus, Regularibus, omnib[us]que cuiusvis gradū, & qualitatis perſonis ad terminos Concilii cum clauſula ſublatā & decreto irritante; ſed neque illis ſuffragari poſſe ait n. 31. aliud diploma Greg. XIII. conſimilatorum conſtitutionem, & privilegiorum Ordinis Præmonſtratenſis; cùm & illud loquatur tantum de parochialibus unitis, ac ſub conditionibus, quatenus non ſunt decretis S. Concilii repugnantia, nec reſervationes & aſſeſſiones Apoſtolicas impediānt.

3. Oppoſita ſententia funda menta ſunt, prium, idque potiſſimum apud Engels, Gonzi, in editione 2. loc. cit. n. 11. quod Trid. ſeff. 14. c. 11. prohibendo Canonicum regula rem ad alium Ordinem translatum ad ſaculare beneficium, etiam curatum, aſſumi, etiam tacite innuat, non translatum aſſumi poſſe; cùm exceptio firmet regulam, etiam in caſib[us] non exceptis, adeoque inde recte inferatur, alios religiosos non translatos beneficiorum ſacul arum curatorum capaces eſſe: verum ad hoc ſatis reſponſum eſt a Pignatelli. Secundum quod Rota in una Papientiſi jurispat. 6. Martii, Anno 1598. co ram Seraph. ſic reſoluerit, quod licet ſacularia be neficia non ſint confeſſenda regularibus, poſſint nihilominus curata confeſſeri Canoniciſ regularibus. Tamb. cit. n. 11. Pennot. loc. cit. n. 5. item quod S. Congregatio Anno 1602. (quam declarationem refert Gabr. Pennot, apud Tamb. loc. cit.) id de clararit hiſ verbis: *Congregatio Concilii censuit de creris ejusdem Concilii Canonicum regula rem non prohiberi obtinere beneficia curata, niſi fuerint ex iis translati, de quibus habetur in decreto c. 11. ſeff. 14.* Atque ita tam Rota, quam S. Congregatio longe poſt illud decretum aliud, quod emanāle dicitur Anno 1581. ſenſerit, adeoque dicendum ſit, illud non fuſſe praxi demandatum, vel promulgatum (ut id expreſſe dicit Pennot. de decreto illo factō auctoritate Gregor. XIII.) ne alia cogamur dicere Rotam illud contempſiſſe, aut ignorasse. Tamb. loc. cit. de qua etiam declaratione ait Corrad. loc. cit. quādū non conſtat de intentione Papæ, declarationem nihil facere, quin nec ſufficere, Papam ſic aliquando voluſſe, cùm poſtea potuerit voluſſe contrarium; quia voluntas non reducta ad actum legis vel diſpoſitionis nihil operatur. Tertiū fundamentum ſumitur ex facto illo S. Caroli Borrom. quo contulit ſecularem parochiam Canonico regulari Anno 1584. quam proviſionem verbatim refert Pennot. Adeoque triennio poſt illud decretum.

Quares 54. An religiosi obtinere poſſint citra diſpenſationem beneficia duplia ſecularia, que ſunt abſque curā animarum proprietati, putaprefecturas Ecclesie Colle giata ſecularis, u.g. Præpoſitaram, Decana-

rum &c. dum haſunt cum ſolū juridi cione aliquā fori extermi in eos, qui ſunt de collegio, vel etiam abſque jurisdictione, omni, habentes ſolū aconomicam velut gubernationem in convocando collegio, de liberandōque & diſponendo cum illo de rebus ad collegium ſpectantibus?

R Eſpondeo affirmati vam contradictionis partem cenſeri probabilem à Pelizar. in man. re gular. To. 2. rr. 8. c. 5. ſeff. 4. n. 235. item à Less. loc. cit. ubi tamen addit, ad ſimilia regularem non eſſe promovendum, niſi neceſſitas vel magna Eccleſiae utilitas id poſtularet: utramque partem probabi lemen cenſer Sanch. in decal. loc. cit. n. 72. pro utrāque citans plures AA. etiā affirmati vam ceneſat probabiliorem contrā Caſtrop. loc. cit. n. 8. negati van putat probabiliorem.

Quares 55. An ad hoc, ut religiosi ſive diſpenſati v[e]rè citra diſpenſationem obti neat beneficium ſeculare, egeat licentiā Pra lati ſui proprii, & in ſuper Conventū?

R Eſpondeo ad prium affirmati vē: ad ſe cundum negati vē. C. ſi religiosus. de elect. in 6. quamvis autem ibi ſolū mentio fiat de electione ad Prælaturam, requiriſtur tamen ea ad quodlibet aliud beneficium; cùm ratio talis textū etiam in aliis locum habeat; quia nimurum religiosus libera ram voluntatem non habet; ſed ſubjectam ſuo ſuperiori. Sanch. loc. cit. n. 57. Rodriq. 10. 1. qg regu lar. q. 34. a. 5. Caſtrop. loc. cit. n. 16. Pirh. loc. cit. Vide de his & ſeq. Pelizar. loc. cit. Hac tamen li centiā noneget, ut obtineat à Papa beneficium, cùm religioſi omnes ſint Pontifici immediate ſubjecti. Sanch. & Caſtrop. loc. cit. neque eā egeat ad acceptationem ſummi Pontificatus. AA. iudem contra Rodriq. & alios apud Sanch. cùm h[ec] jam ab ipſo jure confeſſa ſit. C. lieer. de elect. ubi habe tur, nullum impedimentum apponi poſte à duabus partibus Cardinalium præter hæſiſ, adeoque nec impedimentum non habitæ licentiæ. Neque ob tento beneficio parochiali in titulum egeat Prælati licentiā, ut reličio illo beneficio, alterum acceptet, cùm acceptatione prioris beneficii manſerit ſui ju rius, & exemptus a Prælati regulariſ obedientiā, quæ eſt ratio, ob quam Prælati licentiā expoſtula batur. Caſtrop. loc. cit. citans Sanch. Imol. Anchā.

Quares 56. Num ſufficient licentiā data antecedenter ad electionem, collationem, vel preſentationem ſub conditione, ſi eli garū?

R Eſpondeo negati vē: cum Clem. fin. de elect. expreſſe dicatur: cùm confeſſa religioſo à ſuperiore ſuo licentiā, ut electione vel proviſione ſi quam de ipſo fert contigerit, ſuum dare poſſit affenſum, ambitionis vitio viam paret, nullus eam exiſtere volumus firmitatis: hinc licentiā h[ec] ſemper ſubsequi debet proviſionem. Sanch. loc. cit. n. 60. & antecedere acceptationem: alia hanc non reddit firmam; quod enim à principio nullum eſt, tructu temporis convaleſcere nequit, Sanch. c. 16. num. 63. Caſtrop. loc. cit.

Quares